



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput XXIV. Idem in Concilio a Generali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

fuerit infamatus, concessionem nostram sibi factam per cens. eccl. ap. rem. executioni mandetis. Demum si legitimus accusator apparuerit, auditis qua fuerint hinc inde i proposita, et si praedicta crima, vel eorum aliquid, legitime fuerint probata, ipsis super eadem præbenda perpetuum silentium ap. postposita imponatis. Quod si probare nequiverint, eam sibi auctoritate Apost. confirmetis: si vero contra eum legitimus non apparuerit accusator, si ipse super prædictis criminibus dignoscitur fama re-spersus, purgationem ei canonicam indicatis, in qua si forte defecerit, perpetuum silentium ei imponere curetis: si autem præstiterit ipsam, contradictores ab ejus molestia compescatis, & eos, qui nisi sunt cum impedire, in expensis ipsi legitimis condemnnetis.

N O T A E.

1. a [Dem.] In quarta collectione, sub tit. de concess. præbend. cap. 3. reperitur textus hic, pro ut in præsenti transcribitur, sub hac inscriptione: *Innoc. III. regesfr. Sed et si sedulè legas regestrum epistolarum ipsius Pontificis editum Coloniz., & correcatum à Cardinali Sirleto, & editum à Boschetto, non repieres præsentem epistolam, quia spectat ad libros regestri, qui adhuc non prodierunt: quare cognosci non potest, cui Archidiaco-no rescribat Pontifex, licet ex textus serie facile de-ducatur, rescribere Archidiacoно.*
2. b [Nepos.] Id est filius fratri, qui non prohibetur in beneficio patrui virtute nova electionis succedere, cap. 2. de arbitris, cap. ex parte, de offic. deleg. ubi notavi.
- c [Cremon.] De Cremonensi Ecclesia egi in cap. 2. de presb. non bapt.

d Conferendum.] Quia omnia beneficia va-cantia in Curia, jam olim conferebantur à Ro-mano Pontifice, ut hodie conferuntur virtute re-gula Cancellariae, quam exponit Gonzalez Glosso-st. ad Regul. 8.

e Stalum.] De stallo egi in cap. 2. de renun-ciat.

f Lateran. Concilium.] Relatum in cap. 2. de concess. præbend.

g Admissus.] Qui tam homicida, quam per-juris privantur beneficiis jam obtentis, ut proba-vi in cap. 2. de re scripti.

h Legitimus accusator.] Quinam ille sit, expo-suit in cap. 1. hoc tit.

i Propofita.] Quia in præsenti G. agebat reme-dio adipiscenda possessionis, unde hujusmodi excep-tiones admittuntur, quia infamatus de eis de-lictis dicebatur, cap. constitutus, de appell.

C A P U T XXIV.

Idem in Concilio a Generali.

Qualiter, & quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum, & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus veteris, & novi Testamenti colligitur evidenter, ex quibus postea processerunt canonicae sanctiones, sicut olim aperte distinximus, & nunc sacri approbatione Concilii confirmamus. Legitur enim in Evangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius, audivit ab illo: Quid hoc audio de te? Recde rationem villicationis tui, jam enim non poteris amplius villicare. Et in Genesi Dominus ait: Descendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint. Ex quibus auctoritatibus manifestè probatur, quod non solum cum subditus, verum etiam cum Prælatus excedit, si per clamorem, & famam ad aures superioris pervenerit, non quidem à malevolis, & maledicis, sed à providis & honestis, non semel tantum, sed sape, quod clamor innuit, & diffamatio manifestat, debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligenter perscrutari, ut (si rei poposcerit qualitas) canonica districtio culpam feriat delinquentis, non tanquam idem sit accusator & judex, sed quasi denunciante fama, vel deferente clamore officii sui debitum exequatur. Li-cet autem hoc sit observandum in subditis; diligenter tamen est observandum in Prælati, qui quasi signum sunt positi ad sagittam: & quia non possunt omnibus compla-cere, cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare; quin etiam interdum suspendere, nonnunquam verò ligare, frequenter odium multorum in-curunt, & infidias patiuntur. Et ideo sancti Patres providè statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facilè admittatur, ne concussis columnis, corrut ædificium, nisi di-ligens adhibeat cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ crimi-nationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere Prælati, ne crimina-rentur injustè, ut tamen caverent, ne delinquerent insolenter, contra morbum utrumque invenientes medicinam congruam, videlicet ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capit, id est degradationem, intenditur, nisi legitima præcedat inscri-

Titul. I. de accusationibus.

55

inscriptio , nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus , ut jam clamor ascendat , qui diutiis sine scandalo dissimulari non possit , vel sine periculo tolerari , absque dubitationis scrupulo ad inquirendum , & puniendum e- jus excessus , non ex odio homite , sed charitatis procedatur affectu : quatenus si fuerit gravis excessus , et si non degradetur ab ordine , ab administratione tamen amoveatur omnino : quod est secundum sententiam evangelicam à villicatione villicum amoveri , qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem. Debet igitur esse præsens is , contra quem facienda est inquisitio , nisi se per f contumaciam absentaverit : & exponenda sunt ei illa capitula , de quibus fuerit inquirendum , ut facultatem habeat de- fendantis seipsum : & non solum dicta , sed etiam nomina ipsa testium sunt ei (ut quid , & à quo sit dictum , appareat) g publicanda , nec non exceptions & replicationes legitimæ admittende , ne per suppressionem nominum , infamandi , per exceptio- num verò exclusionem , deponendi falsum audacia præbeat. Ad corrigendos itaque subditorum excessus , tanto diligentius debet Prælatus assurgere , quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectas. Contra quos , ut de notoriis excessibus accusat , et si tribus modis possit procedi , per accusationem videlicet , denunciationem , & in- quisitionem ipsorum : ut tamen in omnibus diligens adhibeat cautela , ne forte per leve compendium ad grave dispendum veniat , sicut accusationem legitima debet præcedere b inscriptio , sic & denunciationem i charitativa monitio , & inquisitionem b clamosa insinuatio prævenire : illo semper adhibito moderamine , ut juxta formam judi- cialisentia quoque forma dicetur. Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus usquequaque servandum ; quæ (cùm causa requirit) facilius , & liberius à suis possunt administrationibus amoveri.

NOTE.

a **G**enerali .] Lateranensi videlicet celebrato sub Innocentio III. cap. 8. ubi reperitur tex- tus hic , & in quarta collectione , sub hoc titul. cap. 4. De hoc Concilio nonnulla notavia in cap. 1. de Summa Trinit.

b **D**istinximus .] In cap. qualiter , hoc tit. ubi extant priora verba hujus textus usque ad §. De- bet.

c **M**alevolis .] Quæ diffamatio debet esse apud probos & honestos viros , cap. cùm inter 12. depurgat. canon. Nec tunc obstat textus in cap. cùm in juventute 15. de præsumpt. ubi etsi constabat diffamationem Episcopi à malevolis , & improbis hominibus initium habuisse , adhuc ad in- quisitionem contra ipsum processum fuit ; quia distinguendum est cum Henrico Boic. ibi , & Ab- bate num. 2. inter inquisitionem , quæ fit ad puni- tionem delicti , ad quam procedi non potest , si diffamatio ab improbis hominibus originem duxit ; & inter eam , quæ fit ut constet , an ipsa diffamatio à malevolis orta fuerit : hæc secunda omni casu fieri potest ; prima verò non nisi præcedente diffamatione apud probos viros.

d **S**enioribus .] quamvis potestas inquirendi , corrugandi , & puniendi subditorum excessus pri- mò & principaliter ad Episcopos spectet , illam tamen de jure antiquo soli per se exercere non poterant , sed insimul seniorum , sive clericorum suorum debent consensum , seu consilium adhibe- re : quod primura statutum legitur in Concil. Carth. 4. can. 23. ibi : Ut Episcopus nullum causam andiat absque presentia clericorum suorum , alio- quin irriuacrit sententia Episcopi , nisi clericorum presentia confirmetur. Quem retulit Gratianus in cap. Episcopus 15. quest. 7. quod rectè statuerunt PP. ne quis forte dum ab uno judicaretur , non au- toritate canonica , sed potius tyrannica potestate indisclusus opprimetur : quam rationem expref- sit Concil. Hilpal. 2. can. 6. in illis verbis : Ut jux-

ta prisorum PP. Synodalem sententiam nullus no- strum sine Concilii examine quemlibet Presbyterum , vel Diaconum dejicare audeat ; nam multis sunt , qui indisclusos potestate tyrannica , non auctoritate ca- nonica damnare. Extat in cap. 1. 15. quest. 7. Quid autem per illa verba , absque presentia suorum cleri- corum , in Concil. Carthag. significetur , exponendum est. Duarenus lib. 1. de sacris , cap. 12. existimat , clericorum nomine Episcopos com- prehendi , qui Synodi causâ quotannis convoca- bantur , juxta tradita supra in cap. sicut olim. Sed verius credo , per illa verba Capitulum , seu Cano- nicos ipsius Ecclesiæ significari : quod mihi pro- bat D. Hieronymus ad Rusticum , cuius fragmen- tum extat in cap. Ecclesia 6. quest. 1. ubi de Capi- tulo , seu Canonis agens , presbyteros suos vocat , quemadmodum & Concilium Carthaginense cle- ricos suos. Verba Hieronymi sunt : Ecclesia ha- bet Senatum , cœtum presbyterorum , sine quorum consilio nihil monachis agere licet. Roboam filius Sa- lomonis idèo perdidit Regnum , quia noluit andre presbyteros suos. Senatum quoque Romani habebant , cuius consilio cuncta agebatur : & nos habemus Sena- tum nostrum , cœtum presbyterorum. Hoc etiam Concilii Carthag. statutum firmarunt subsequen- tes Pontifices. D. Gregorius scribens Joanni Epi- scopo Panormit. lib. 11. epist. 49. cuius fragmentum extat in cap. si quis verò 86. dist. & postea repetitum in cap. si quid verò 15. q. 7. ibi : Si quid verò de quo- cunque clero ad aures tuas perverterit , quod te justè posse offendere , facile non credas , nec ad vindictam te res accendat incognita , sed presentibus senioribus Ecclesia sua est veritas perscrutanda ; & tunc si qualitas rei poposcerit , canonica districtio culpam feriat delinquentis. Ubi quid significant illa verba , pra- sentibus senioribus , non constat apud Interpretes. Glossa verbo Ecclesia , in ditt. cap. si quod , existi- mavit , seniorum nomine ea textu Episcopos suffraganeos significari , idèo quia epistola illa missa est Joanni Panormit. Præsuli , qui Archie- piscopus erat Corinthiorum , & ita suffraganeos

E 4

sub

sub se habebat. Glossam sequitur Turrifcremata
ibidem, §. dicitur. Alter ea verba accipit Duare-
nus lib. 1. de sacris Ecclesiæ, cap. 7. scilicet de pres-
byteris propriæ Ecclesiæ, seu de Capitulo. Quasi
dicat Gregorius, non posse Episcopum sine capi-
tuli consentire procedere ad inquisitionem, live
vindictam criminis in Clerico. Quam explica-
tionem magis probasse videatur Innocentius III. in
præsenti, & in cap. Licet, de Simonia, in illis ver-
bis. Sed coram Ecclesiæ senioribus diligenter est veri-
tas perscrutanda. Ubi dum isdem verbis Gregorii
utitur Innocentius, verba illa senioribus, de pres-
byteris intelligit, non de Episcopis. Ego utram-
que expositionem admitto pro temporum varie-
tate, & juxta sacerdolum Gregorii primam verio-
rem credo, namque seniorum nomine non tan-
tum Episcopi, verum & presbyteri significan-
tur, quia utrinquic D. Isidorus relatus in cap. cle-
ros. § presbyteros, Græcè presbyter, Latinè senior
interpretatur: unde D. Gregorius non tam de ca-
pitulo accipiens est, quam de Concilio, quod
quotannis Episcopi celebantur; nam cum loqua-
tur de Clerico damnando, ut constat ex illis ver-
bis, de quounque Clerico; necessariò accipiens
est de Concilio, siquidem eo tempore Clerici non
à propriis Episcopis, & Capitulo damnabantur,
sed potius in Concilio Episcorum, ut constat
ex Concilio Hispanensi 1. can. 6. ibi: Sexā aetione
comperimus, Fraganum Cordubensis Ecclesiæ pres-
byterum in infamiam à Pontifice suo dejectum. Et in-
frā: Decrevimus, ut juxta præsorum Patrum syno-
dalem sententiam nullus nostrum sine Conciliis ex-
amine quemlibet Presbyterum, vel Diaconum deince-
re audeat. Concil. Carthag. 2. can. 10. Carthag. 3.

can. 8. & si corrigendus erat Abbas, certum Abba-
sum numerum Episcopus adhibere debebat, cap. si
quis Abbas 18. q. 2. c. in ordinatione 6. t. dis. sed post-
quam modus ille cognoscendi de Clericis in Con-
cilio invaluit, præsentia verba, de senioribus Eccle-
siæ, accipienda sunt de Canonis ipsius Capituli, ut
in diil. cap. Heli, de Simonia.

e Is., contraria quæm.] Consonat textus in cap.
abente 8. 3. quæf. 9. cap. 2. 8. quæf. 9. cap. 4. 3. q.
9. & alii congetti ab Anton. Augustin. lib. 3. epist.
jur. titul. 17. Consonat lex 12. titul. 15. partit. 3.
illustrat Parexa de inq. edit. tit. 2. fol. 90.

f Continuaciam.] Qui aunceriam absens dam-
nari potest, can. 74. Apostol. cap. 4. de presumpt.
Felix Papa II. in Synodo Romana epist. 1. ca. 8. ibi:
Nec à communione prohibetur accusatio, nisi ad-
lectorum judicium canonice convocatus, infra tre-
aus sex, vel plures menses pro suis rationem reddi-
tur venire distulerit. Refert Anton. August. in
epit. lib. 30. titul. 18.

g Publicanda.] Cap. inquisitionis officium, hoc
titul. nec est cur hæc verba tantum exaudiamus
de Episcopo, de cuius vita inquiritur, ut voluit
Cujas lib. 22. obit. cap. 25. nam in quolibet priva-
to, contra quem proceditur per inquisitionem,
idem observatur, dict. cap. inquisitioni, hoc titul. u-
binotaviverbo Nomina.

g Inscriptio.] Juxta tradita in cap. super his, hoc
titul.

i Charitativa monitio.] Ut probavi in cap. 4.
hoc titul.

k Clamosa insinuatio.] Id est diffamatio, juxta
tradita in cap. inquisitionis, hoc titul.

C A P U T XXV.

Idem in Concil. Later.

Sicut olim à sanctis Patribus noscitur institutum, Metropolitanis singulis annis cum
suis suffraganeis provincialia non omittant Concilia celebrare, in quibus de cor-
rigendis excessibus, ac moribus b reformandis, præsertim in Clero, diligenter ha-
beant cum Deitimo tractatum, canonicas regulas, maximè quæ statutæ sunt in hoc
generali Concilio, c relegentes, ut eas faciant observari, debitam pœnam transgres-
soribus infligendo. Ut autem id valeat efficaciùs adimpleri, per singulas diœceses sta-
tuant d personas idoneas, providas videlicet, & honestas, quæ per totum annum sim-
pliciter, & de plano, absque ulla iurisdictione sollicitè investigent quæ correctione,
vel reformatione sunt digna, & ea fideliter perferant ad Metropolitanum, & Suffra-
neos, & alios in Concilio subsequenti, ut super his, & aliis (prout utilitati, & hone-
stati congruerit) prævidè deliberatione procedant, & quæ statuerint, faciant obser-
vari, publicatur ea in Episcopilibus Synodis annuatim per singulas diœceses celebran-
dis. Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, à sui executione offi-
ciis suspendatur.

N O T A E.

^a [Dem.] Concil. videlicet Generali Lateranen-
si, celebrato sub Innocentio III. ubi repe-
riuntur verba hujus textus in cap. 6. & etiam ex-
tant in quarta collectione, sub hoc titul. cap. 5.

b Reformandis.] In his etiam Conciliis Pro-
vincialibus olim de causis Episcoporum, & co-
rum excessibus agebatur, ut latè probat Petrus
Marcha in concord. Sacerd. & Imperi, lib. 7. ferè
per totum, & notavi in cap. 1. de iudicio: & querelæ,

atque accusations contraria Ecclesiasticos Judices,
ac posteriores laicos audiebantur. Leo I. epist. 82.
ad Anastasium, relatus in cap. de Conciliis 18. di-
stincti. Concil. Tolet. 4. can. 3. ibi: Omnes autem,
qui causas aduersus Episcopos, ac potentes, aut con-
tra quoslibet alios habere noscuntur, ad idem Concili-
um concurrent. ut quæcumque examine synodali à
quibuslibet prævè usurpatæ inveniuntur, Regis ex-
ecutore instance, justissime his, quibus iura sunt refor-
mentur. Graviores autem quæstiones, veluti de fi-
de, Sacramentis, & similes, in eis Conciliis tractati
nequeant